

τῶν περὶ τῆς καταστροφῆς καὶ οὗτοι φάνεται παραδεγματικός ὡς ἐναρχήσαντον τῆς κυρίως θεομηνίας ἡμέραν τὴν τῆς Υψώσεως τοῦ Τιμίου καὶ Ζωοποιοῦ Σταυροῦ (am Tage der Kreuzeserhöhung den 14 Sept.), καθ' ἣν οὐ μόνον ἡ Κωνσταντινούπολις, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῆς αὐτοκρατορίας μέρη πολὺν ὑπέστησαν φθίσεον.

'Ἐκ τοῦ ἦνω σημειώματος ἀνδρὸς συγγρονιζοντος τοῖς γεγονόσι, ὡς ἔστιν ἵδεν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἐν τῷ χειρογράφῳ σημειώσεων, δρεσπιῶς μακράνομεν ὅτι ἡ πρώτη τῆς θεομηνίας ἐναρξίς δέσην ἵνα γράψῃ τῇ 11 Σεπτεμβρίου τοῦ 1509, ἐπὶ σουλτάνου Βαγιαζήτ τοῦ Β'.

B. A. MUSTAKIDΗΣ.

### Die Confessio fidei Armeniorum aus der Dubrowskischen Sammlung der Kaiserlichen Bibliothek zu St. Petersburg.

(Разн. яз. Codex: Q. v. I. № 1).

Dem König Heinrich III von Polen wurde im Jahre 1574 eine Confessio fidei von dem Armenischen Klerus zu Lemberg übergeben. Dieselbe ist auf Pergament geschrieben in armenischer, neugriechischer und lateinischer Sprache. Als Beitrag zur Symbolik der morgenländischen Kirche veröffentlichen wir nun dies Glaubensbekenntnis und zwar den lateinischen Text, der also lautet:

#### ARMENIORVM

#### FIDEI CONFESSIO.

Serenissimo ac potentissimo principi et Domino Sac. et ser. Majestati suae Henerico Dei gratia Regi Poloniae, magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaque etc. nec non Duci Aduim Borbomorum et Alvernorum, Comiti, Marchiae, Foresti, Quercii, Rowergii, Motisforti etc. Domino suo Clementissimo.

Ea semper fuit Regum et Principum observatio, ut innata quadam inclinatione naturae, ad virtutem toto impetu contenderent, seu praemio ducti quod magnus ubique virtuti debetur honos seu stymulo famae, quae ejus complices immortali vinculo gloriae posteritati commendat: utriusque merito maximam concepto sui referunt laudem, ut non solum terris Principali prosequantur honore, verum et caelo primas obtinere dignitates pie ab hominibus credantur. Horum tu aemulus, Rex Henrice, cum sis non immerito domi te continere fama noluit, ut dum virtuti indulges, singulare tuae magnanimitatis relinquis indicium, qui non contentus in Patria rerum a te gestarum fortitudine, eandem etiam apud Polonos declarare satagis, qui tecum contracta fraternitate citra omnem contentionem (quae absente Imperatore rara est) Regem sibi praefecerunt: scilicet, quod tuapte indole pene jam tota Gallia divisa feceris, etiamnum discordante omni Republica Chri-

stiana ex equa re, quò ea te autore in frugem reducatur. Caeterum si animi tui dotes perpenderimus omnibus te auctum fortunae et ingenii ornamenti depræhendimus, ut et pacis domi conservatione et belli foris continuatione omnes Christianorum Principes facile superes: et quo te magis magisve admiramus quaedam vis potentiae tibi insita nobis Caelo in terras prolapsum persuadet, ut stabilito Dei cum hominibus arctissimo pacis foedere, omnem disciplinam pristinae virtutis in hominibus extinctam et mores depravatos revocatesque suo iterum loco restituas. Hoc te fecisse, non Gallia solum, verum et vicinitas Brabantiae Hispaniarumque conjunctio ac Helveticorum repressa seditio testantur: Quapropter tantum Regem nobis creatum nos ut pie amplectamur, sed ut et absentem exosculemur, est operaे premium. Qui postquam felici omniе Ditionem tuam exoptatus ingressus es, fortasse Nationum quibus Imperites certa tamen repente non potest constare noticia, hanc ergo nostrae placuit exhibere fidei εξορθόγεσιν, ut subjectos tibi et diversitas linguarum et consuetudinum simulitudo, fidei deinde Christianae conjunctio diligenter commendet, dum constabit, qua cura et diligentia in testificando candore propensionis in te nostrae laboremus. Eam tu Rex Illustrissime benigne suscipe nos ac gentem nostram Regio amore prosequere et diu multumque nobis Impera. Tui nos devotissime subiicimus. Lèopoli Idibus Februarii anno salutis nostrae MDLXXIII.

Sac. et Ser-mae M-tis tuae

devotissimi subjecti

Sacerdotes et Clerici Ecclesiae Armeniorum  
per Leopolim.

Confessio Fidei Armeniorum exhibita Patriarchae Constantinopolitano jussu Constantini Catholici eorum.

Confitemur Sanctissimam Trinitatem Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, In tribus personis divisam et in una Natura atque Divinitate conjunctam. Patrem ingenitum et sine principio. Filium genitum a Patris natura sine passione et sine Carne, ante omnia saecula. Spiritum sanctum procedentem a Patre: non secundum Filii generationem, sed provenientem uti a fonte. Ipsi soli scrutata ratione et a Creaturis incognita. Non fuit unquam Pater, quando non erat in ipso Filius et Spiritus. Verum sicuti Pater semper est Pater et non aliud possidens nomen, praeter Patris, ita et Filius perpetuo Filius cum Patre suo aeternum Deus. Ipse etiam Spiritus sanctus perpetuò Spiritus Dei, indivisus a Patre et Filio. Una essentia, una potentia, una voluntas. Una operativa potestas in tribus personis agnoscenda: Non magnitudo vel parvitas. Non altitudo nec humilitas: Non plenitudo seu paucitas, sed una invocatio, una adoratio. Una veneratio sanctae Trinitatis confessa, per quam constituerunt ex nihilo facta omnia: Caelum cum supercaelestibus et terra cum superterrestribus: Visibilis et invisibilis creatura, in prima fabricatione facta.

Atque in secunda Unitate Sanctae Trinitatis, Verbum Patris Unigenitus Filius. Placito Patris atque Spiritus annunciatuа a Magistro militiae Ga-

briele. Descendit in uterum Virginis Mariae: non discedens a sinu Patris secundum Divinitatis incircumscriptam Naturam. Qui attraxit in se ipsum Castissimum Virginis sanguinem, ex Adami massa progenitum. Et univit suae Divinitati impervestigabili et ineffabili temperatura atque sic facta est ex duabus perfectis naturis, Divinitatis et Humanitatis, una perfecta persona; Immutabilis et individuae naturae: non mutata humanitatis crassitudine et compagine beatae Natura, in ingruentem vel ineffigiatam Dei naturam: Neque simplex ac incorporea natura Dei immutata est in corpoream naturam ut omnino esset aliena, a sui ipsius aeterna perfectitudine: Quamvis dicatur incorporeum corpus fieri et verbum incrassari ex incomprehensibili unione; unitur tamen carni incorporeum Verbum et ipsi verbo unitur humana Natura. Deifica mixtione ac unione, non mutationem vel diversitatem retinens in Unitate: quod quidem neque in anima seu corpore Humano accedit. Veluti etiam superius Exemplum dignoscitur Veritate. Etsi autem creaturae judicio Creatoris Celsitudo non subjaceat: Uniens tamen quod nostrum est in se ipso ineffabili ratione, permanet immutabilis in suscipiente et suscepto: Non sicut in comprehensibili, veluti se habet aër aut aqua in vase, quibus exeuntibus fit vacuum: Sed naturalitur unitus est supra quam dici potest, inseparabili et non labefactata unione. Et accepit naturam Adami, non eam quae erat in Paradiso sine peccato, sed eam quae fuit secundum peccatum et corruptum: eo quod et Virgo Maria ex qua Caro factus est Christus ex peccatrice Adami erat natura: Verumtamen in illa Unione naturae Dei, peccans factum est impeccans et corruptioni obnoxium extra corruptionem et corrumpens passibile. Sicut enim per ignem resolvuntur materiae, quando adhibentur igni, quod si est in ipsis rubigo corruptionis, ipsa deletur. Natura autem purgata a corruptione inconsumpta manet: Ita quoque est incorruptibile illius principium, quiā sine semine, ex incorruptibili Virgine fuit generatio et finis absque corruptione: Nec corpus ejus in monumento vidi corruptionem. Erat igitur necessarium et inter tempus ejus nativitatis et mortis fieri cum incorruptibilem: Non ex solitis vel voluntariis passionibus, dicimus esse incorruptibilem: Hoc est esurie vel siti, somno, labore, tristitia aut fletu: Quae veraciter et non secundum phantasiam faciunt nos agnoscere in eo humanitatem. Nam fuit in eo nostri simile, et erat magis super nos, secundum scripturas: Etenim homo et super hominem. Homo est et quis cognoscet eum? Atque sic juxta nostram assequutionem factus est unionis modus in alvo virginis: In quo mansit novem mensium tempore, excessit quinque dies, de more primo parturientium. Detinebatur illic, quum posset in momentaneo tempore fieri perfectus: De die in diem augebatur in aetatem crescens, Vt confunderet in eo, qui phantasticam dicebant humanitatem. Et nascitur velut homo Deus homo factus. Virginitatem geniturae conservans incorruptam ut et nativitas a maledictione esset immunis et Virginitas honoraretur. Circumcisus octavo die, ut in Patribus testamentum perficeret, Vt nos doceret cordis circumcisionem spiritualem. Venit in templum quadragesimo die, secundum legis observationem, ut humanam naturam in se offeret Patri in excelsis.

Fugit in Aegyptum, ut idololatriarum Metropolim converteret in Dei cultricem: Nos quoque erudiat ut alacriter sustineamus injurias nostras in nobis. Obambulavit in mundo annis triginta, paupertate et humilitate operiens Divinitatem, ut nos ditaret et extolleret, quum ipsius viae sequaces efficieremur. Et venit ad Jordanem in plenitudine triginta annorum, demonstratus gloriam suae Divinitatis testimonio Patris: «Ipse est Filius meus dilectus» et Sancti Spiritus in specie Columbac descensione. Baptizatus a Ioanne, ut aquas sanctificaret et vetustatem peccatorum submergeret in ipsis et spiritualem nobis donaret Baptismum juxta Ioannis testimonium: Quia hic baptisat nos in Spiritu Sancto et igne. Jejunavit diebus quadraginta secundus Adam, ut primum Adamum curaret qui non jejunavit. Et superavit in tribus temptationibus victorem hominum.

Post haec latentem potentiam Divinitatis suac manifestavit mundo. Daemonia ejiciens, languentes sanans, claudis praestans gressum, mortuos suscitans: In mari sicut in arida ambulans, in paucis panibus multos nutriendis. Naturam creaturarum pro voluntate transmutans: Aquam in vinum et lutum in illuminans convertens. Deinde absconditum lumen sua Divinitatis veluti sub velamine carnis commonstravit Discipulis in Thaborio monte ante resurrectionem: Dominum sese agnoscens vivorum et mortuorum: Imperiose advocans Moysen et Heliām. Venit postea Hierosolymam spontane passurus, ut scripturas legis et prophetarum impleret. Sedit super asinam et pulum, in typum Ecclesiae Judaeorum et gentilium; Perfecitque Pascha secundum legem, ut vetus in novum et umbram in veritatem commutaret. Lavit pedes discipulorum, ut primi parentis pedes, qui ad lignum scientiae ambulabant, a peccato purgaret. Dedit corpus suum in cibum vitae et sanguinem suum in propiciationem peccatorum, ut ex commestione primi fructus mortales effecti, hoc manducantes reviviscant. Oravit in mea natura ad Patrem pro me. ut in primam restitueret gloriam, et ut praemonstraret nobis exemplum in temptationibus orandi. Contristatus flevit super erroris autorem et caeléstium et terrestrium, ut auferret omnem lachrymam a vultu omnium, juxta Esaiam. Timuit ut solveret mortis timorem. Sudavit ut sudorem faciei extinguqueret. Alapis percusus, ut cederet violenter inimicum. Denudatus ut pudendum operimentum primi parentis perrumperet. Bibit fel ut amaritudinem peccati dulcoraret. Confixus in cruce, ut nos solveret a vinculis et gratum faceret lignum vitae contra lignum mortis. Mortuus voluntariè humana morte naturali, mansit tamen viva Divinitas et immortalis natura: Non quod aliis moreretur et aliis viveret, secundum distinctionem, verum una et eadem persona seu unus Christus. Passus, mortuus mortali corpore quod ex nobis est. Erat vivus immortali et vivificantे Deitate, quae ex Patre est, uti sanctus Athanasius refert. Quoniam mortali Corpori non derogavit immortalis Divinitas, imo magis mansit ibidem impassibilis, immortali virtute. Et post pauca inquit: Quia mors accidit corpori, quae est consubstantialis mortalibus: Propterea nos Deum atque hominem Christum confitentes, non quasi eundem dividentes dicimus (quod absit). Ille enim erat passus et

impassus. Si quidem juxta Divinitatis naturam, immutabilis et impassibilis erat, corpore verò patiens et mortem gustans: Ideo errant, qui dicunt, quod esset alius passus, alius impassus. Sed non est non alius praeter passum Verbum et mortem corporis suscipiens. Ipsum namque impassibile et incorporeum Verbum, factum est caro patiens. Condemnatus, ut passione salvaret homines. Etenim quidquid humani injici poterat in corpus Verbi, omne id in se Verbum pertulit, unde effectum est, ut esset res indecora. Ille tamen erat patiens et idem impatiens. Passus est passibiliter, quia ipsius corpus patiebatur, idem in sua passione erat impassibilis atque inseparabilis a passibili corpore. Deus enim erat Verbum, quod erat impassibile natura, attamen passibilis caro indivisa mansit ab incorporeo Verbo. Et caro continuit in se ipsa impassibile Verbum et eadem expiabat ejus humilitatem. Haec quidem Athanasius: cui et nos assentimur, concludentes Divinitatem in morte, in corpore et humana anima fuisse. Et quamvis erat in cruce et in monumento corpore, Divinitate tamen in dextera Patris erat atque gloria ejus plenum est caelum et terra. Et Pater in ipso erat in terra, ut ipse dixit: Quia Pater meus mecum est. Et non divisit eum solum: Etenim ubi est Pater, ibi et Filius et Spiritus. Et ubi Filius, ibi Pater atque Spiritus. Et ubi Spiritus sanctus, ibi et Pater et Filius. Descendit in sepulchrum in mortificato corpore et vivus infernum expoliavit. Resurrexit tertia die, consuscitatis secum ex mortalitate peccatorum Animabus Fidelium hominum. Et donavit spem corporum mortuorum resurrectionis, juxta ipsius similitudinem, pro secundo adventu. In Quadraginta diebus ascendit in caelum eodem corpore in conspectu Apostolorum et sedet in dextera Majestatis in Excelsis juxta apostolum. Perfecte veniet in nostra carne, in qua assumptus est, judicare vivos et mortuos in justicia, ubi reddet Unicuique secundum opera sua. Haec ergo de Sancta Trinitate et Incarnatione Christi nostra est confessio Verae fidei, quam in succincto sermone in prospectum nostrum concinavimus.

Dom Antonio Staerk, O. S. B.

## 2. ХРОНИКА.

### Дѣятельность Русскаго Археологическаго Института въ Константинополѣ въ 1906 году.

Въ 1906 году для научныхъ занятій при Институтѣ были командированъ доцентъ Киевской Духовной Академіи Іеромонахъ Анатолій (Гри-сюкъ). Осенью 1906 г. командированъ съ тою же цѣлью доцентъ Казанской Духовной Академіи А. Ф. Преображенскій.

Дѣятельность Института въ 1906 г. выражалась: 1) въ устройствѣ засѣданій; 2) въ поѣздкахъ съ научной цѣлью на Аѳонъ и въ Южную Македонію, въ Никую и въ Бруссу; 3) въ предварительныхъ работахъ